



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ioannis Calvini, Magni Qvondam Genevensivm Ministri,  
Vita, Moribus, rebus gestis, studijs, ac denique morte  
Historia**

**Bolsec, Hieronymus**

**Coloniae, 1582**

**VD16 B 6510**

Præfatio Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34782**

PRAEFATIO AD  
LECTOREM.

**R**atio, lector benouole, il-  
lustre excellensq; donum,  
homini est præter cetera a-  
nimantia collatum, ad cuius nor-  
mam cogitationes suas omnes, de-  
sideria, actionesque in hac corru-  
pta rerum natura dirigat gubernat-  
que. Quam qui ducem deserit, vt  
peregrinas opiniones sectetur, ex-  
templò seductus, in infinitas itul-  
titias, tanquam auias vias, ad omnis  
humanitatis expertes cogitationes,  
& studia quasi beluina abripitur.  
Quod, qui rerum naturas, homi-  
numque actiones scrutari solent,  
homines sapientes, in ijs potissi-  
mùm sic euenire rectè obseruarūt,  
qui, vt sectis se peculiaribus eman-  
ciparent, ac planè altringerent, ra-  
tionis

P R A E F A T I O

tionis vsum, & quæ verè est, scien-  
tiam abiecerunt. Hi quippe in tan-  
tam cæcitatem prolabuntur, vt fa-  
cultatum omnium propinquo-  
rum, amicorumque, atque adeò fa-  
mæ & existimationis suæ iacturam  
minoris faciant, quām suis ut sectis  
sectarumque magistris quicquam  
derogari, detrahive patientur : hi  
insuper cæco & indiscreto zelo ad  
sectas, quibus sunt addicti, fouen-  
das, magistrosque suos, quos non  
ut homines, sed tanquam Deos co-  
lunt, obseruantque, exaltandos,  
tam propenso studio feruntur, vt  
ad diriora designanda, quām Anti-  
ochus vnquam Epiphanes, aut a-  
lius quis magis etiam impius per-  
petrarit, perducise, pertrahiique si-  
nant ; velut dum arces atque oppi-  
da inuadere, templa & monasteria  
spoliare, demoliri, incendere, au-  
rea,

cinclis

AD L E C T O R E M .

rea, argenteaque vasa, & dicata di-  
uino cultui ornamenta diripere,  
virtutibus atque doctrina præcel-  
lentes viros è medio tollere, nulla  
religione absterrentur. Quæ me  
res mouit , vt hunc tractatum e-  
dere voluerim, ex cuius lectione in-  
strui omnes possent, quantum, qui  
ad Caluini se doctrinam contule-  
runt , eumque sunt, ac si verus Dei  
minister & Propheta aliquis esset,  
amplexi. à recta veritatis semita ab-  
ducti sint atque deflexerint. Quam-  
uis autem certum hoc habeam , ex  
huius sectæ schola exsurrectorum  
statim aliquem , qui responsurus  
ad instar illius Passauantij aut Ma-  
tagonis de Matagonibus sannis me  
excipiat ; ego tamen scommata eo-  
rum , risus , sannas , imposturas ni-  
hili facio , prorsusque contemno :  
& , si vitam ac facultatem largiatur

Deus ,

P R A E F A T I O.

Deus, futurum spero, ne respon-  
sum, & quod aiunt, replicam de-  
siderent. Interea hoc exiguo labo-  
re meo, lector beneuole, quod tuo  
commodo facias, vtere. Deum O-  
ptimum Maximum rogo, vt  
i su o tibia auxilio adesse, ac  
sancto te spiritu il-  
lustrare dig-  
netur.

A V T H O-

